

Sermo

10

culpam a patronis rursus sub imperio ditioneque in seruitutem mittatur. **Sapientie. xvi.** Ingrata fides tanquam pumeralis glacies tabescat. et dispareat tanquam aqua superuacua. tales sunt hodie multi qui in articulo necessitatis currunt ad deum sive ad sanctos et promittunt vota plurima. sed postquam euadunt pericula non curant de solutione. cum dicat scriptura Ecclesiastici quinto. Si quid uouisti deo. non moreris reddere. displicet enim ei infidelis et stulta repromissio. sed quicquam uoueris reddere. multoque melius est non uouere. quam post uocum promissa non reddere. quod sicut dicitur in psalmo. Mouete et reddite. uouere uoluntarium est. sed reddere necessarium.

Dominica quindecima.

Epistola ad Galatas. v. 1. vi

H fratres si spiritu uimur. spiritu et ambulemus. Non efficiamur inanis glorie cupidi inuicem prouocantes. inuicem inuidentes. Fratres et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. uos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Considerans temetipsum ne et tu temteris. Alter alterius onera portate. et sic adimplebitis legem christi. Nam si quis existimat se aliquid esse. cum nihil sit. ipse se seducit. Opus autem suum probet unusquisque. et sic in se metipso tantum gloriam habebit et non in altero. unusquisque enim omnis suum portabit. Communicet autem is qui catechizatur uerbo. ei qui se carecat in omnibus bonis. Nolite errare deus non

nonagesimus nonus

250

irritetur. Que enim seminauerit homo. hec et metet. Quoniam qui seminatur in carne sua. id est carne et metet. corruptionem. Qui autem seminat in spiritu. de spiritu et metet uitam eternam. Bonum autem facientes non deficiamus. Tempore enim suo metemus non deficientes. ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Maxime autem ad domesticos fidei.

Euangelium. Mathei. vi.

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Nemo potest duobus domis seruire. Aut enim unum odium habebit et alterum diliget. aut unum sustinebit et alterum contemnet. Non potestis deo seruire et mammon. Ideo dico uobis. ne solliciti sitis anime uestre quid manducetis. neque corpori uestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca. et corpus plus quam uerimentum. Respicite uolantia celi. quoniam non serunt neque metunt. neque congregant in horrea. et pater uester celestis pascit illa. Nonne uos magis pluris estis illi. Qui s autem uestrum cogitans potest adijcere ad sturam suam cubicum unum. Et de uerimentis quid solliciti estis. Considerate lilia agri quomodo crescunt non laborant neque uent. Dico autem uobis quod nec salomon in omni gloria sua cooperatus est. sic unum ex istis. Si autem fenam agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur deus sic uestre. quatenus magis uos minime fidei. Nolite ergo solliciti esse dicentes. Quid manducabimus aut quid bibemus